UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae, Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de Liesse dictam effulsere

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Mulier septuagenaria à 25. annis paralytica, studendo miraculo in integrum sanitati restituitur, fundens preces ante B. virginis sacram imaginem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-59700

Visual Library

MVLIER SEPTVAGENARIA A vi- annis paralytica, ſtupendo miraculo in integram ſanitati reſtituitur, fundens preces ante B. Virginis ſacram imaginem.

CAP. LI.

ANno eodem quo ſupra Dioniſia Be
tha ſeptuagenaria ab annis vigin
quinque ita paralytica iacuerat, vt eam in pa
uo ſedili ad tres rotas volubili iacentem pe
trahere neceſſarium foret in quemcunque lo
cum, in quo alij vellent eam repoſitam, vt vi
dere licet inſpicienti ſuam tabellam. Cum au
tem reuerenda Antiſtita Dononenſis pere
grinationis ergo Cheruiam veniret duabus
religioſis comitata, inſtantibus ac multum im
portunis precibus impetrauit vt currui impo
neretur cum alijs Cheruiam aduehenda. Vbi
verò iuxta ſacram ædiculam peruenit, ad te
ram depoſita fuit, & reptando manibus pedi
buſque magno cum dolore ſe ipſam contra
hendo, tandem peregit ad locum quo plurimum anhelabat, feria ſecunda immediatè ſe
quenti feſtum Pentechoſtes, in quem præciſè
diem incidebat proceſſio (vt vocatur) peregri
norum, vbi tum videre erat concurſum
magnum & turbam hominum copio
ſam. Vbi verò ibidem coram ſancta imagine
ſpiritu gemebunda pias fudit preces, ſubitò
plenè

plenè perfecteque conualuit: & ita quidem vt ſine alterius operæ & ſubſidio currum conſcenderit, & eodem ipſo die venit Camberonam, pijs precibus ibidem oratura pijſſimam Dominam. Exindeque viſa eſt poſtea in proceſſione cum cereo, quem præ manibus geſtabat, ſequens clerum Valencenenſem. Fuitque magno ſtupori Valencenatibus totiq; ipſi ciuitati: omnibus ſcilicet eam tum conſpicientibus recto gradu incedere planè ſanam & à ſua paralyſi tam diuturna liberam, idque ætate affecta & decrepita. Vnde etiam ab eo tempore ter in anno Cheruiam venit pedes: quod & ad annum 1602. continuauit.

MVLIER PER OCTENNIVM APOplexi morbo laborans ab eo ſubitò liberatur ante imaginem Beatæ virginis tranſportata.

CAPVT LII.

PRædictum hoc miraculum hinc inde vndequaque circa adiacentia Cheruiæ loca mirè diuulgatum & in aures vulgi ſancte ita delatum permouit vxorem Petri Cautellij ianitoris caſtri Bellolani, importunis precibus agere apud dominam Heroiſſam à Lignea, quatenus copiam illi daret vt curru Cheruiã veheretur. Cuius petitioni ipſa facilis annuit, libenter ipſi ad ſuum vſum & obſequium ſubminiſtrans equum, ea conditione, vt ſimiliter curri-